2155

Zapa Plonka Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Stanislai Plonski de Plonka Ecclesiastica haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Jacobo olim Stanislai de Zapy Zagroba et ipsius Successoribus Bonorum suorum immobilium in haereditate Plonka Ecclesiastica consisten. Quinque Sulcos a via Suraska adgranicem Zapinska inter metas Mathiae et Jacobi fratrum suorum Cum agro prato Sylvis rubetis et Omnibus ac Singulis utilitatibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui eam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Mtem et Nobiles duos officii acceptandam dat et admittit. Submittendo se de Obligatis bonis cum successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros occasione Commissorum ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum per Omnes processiones Omnes tueri defendere evincere Lites per se voluntarie submissas propriis non minuere. Sub Damnis Omnibus simpliciter taxandis et edicendis. Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione. Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ab his absolvendo et abrenunciando.

Actum in Curia Regia Branscensi feria Quinta ipsa Octava festi Sacratissimi Corporis Christi Anno Domini Millmo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

Zdrodowski Slepkowska Reformavit.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Laurentius olim Bartholomei Zdrodowski Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Zophiae filiae olim Adami Slepkowski Coniugi suae Collateralis Plocen. constituti pro legitima Ratione dotis post eam accepta et in bona sua importata in Medietate Omnium et Singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in haereditate Zdrody et alibi ubivis consisten. ad praesens habitorum et in post favente Divina clementia habendorum Summam Ducentorum florenorum Polon. dotis et addotalicij Decem florenorum Polon. inscribit format et assecurat dotaliciatque more aliorum dotaliciorum hoc in Regno Polon. observari solitorum Matrimonio suo adid accedente.